

I. N. f.
THESES THEOLOGICÆ

De

CHRISTO,

Fanaticis, in primis JO. CONR. DIPPELIO,
oppositæ,

QVAS

Consensu veneranda Facult. Theolog.

In Reg. Acad. Aboensi.

Loco speciminis Theologici

Candido eruditorum examini submittit,

MAG. GREGORIUS

STEEENMAN,

QVÆST. Reg. Acad. Ab.

Respondente

Cand. HENRICO CARPELIO;

die 22. April. A:o 1742.

L. H. Q. S.

ABOÆ, exc. Joh. Kiempe, Reg. Acad. Typ.

A M A
THESES THEOLOGICAE
DE
CERERATO
Generalia inquit de GOUV DILETIO
oblatione
OVAE
convenit admodum hanc tempore
in Regi. Anno 1610
Iuxta Specimina Theologica
Candidus Augustinus exanimi (parvini)
M. GREGORIUS
STEHMANN
GAST. REG. AGT. AP.
Yfformatus
Card. HENRICO CARPETO
die 22. April Vlo. 1610
J. H. O. E.
AGOET, exc. Jon. Kempte, Reg. Acad. TDF.

Thes. I.

Hec assertio: ὁ Θεὸς ἡγαῖτο ἐστιν, Deus est charitas, 1. Joh, 4: 8, 16. est quidem vera; (*) non tamen excludit relata prædicata, quæ Deo tribuuntur, c. gr. veritate quoque dicitur: ὁ Θεὸς φῶς ἐστιν, καὶ σπλάντζεται ἐν αὐτῷ τὸν εἰδενία, Deus est lux, in quo nulla sunt tenebrae, 1. Joh. 1: 5. (**)

(*) Non male CORNELIUS a LAPIDE, in Commentar. ad b. l. notat: quod Deus in se sit charitas formalis, in nobis autem causalis, idque omni genere cause, puta materialis, quia ipse est objectum Charitatis nostra: formalis, quia ipse ejusdem est exemplar: efficientis, quia ipse eam in nobis producit: finalis, quia ipse est finis noster, i. amoris nostri. DANIEL, FESSELIUS, in adversariis sacris tom. II, p. 493. practicam ait Dei esse definitionem, qua innatur, Deum essentialē et substantialem esse charitatem, et ipsius naturam nihil aliud esse, quam charitatem, et charitatem in Deo

² non accidens, sed essentiale attributum esse, quod
absoluta simplicitate idem cum Deo sit, & præ-
dicando cum ipsius natura convertatur, ut possum
dicere: Deus est charitas, & Dei charitas
est ipse Deus. Bene D. JOACHIM LANGE in
dem Apostolischen Licht und Recht ad h. l.
observat: daß Gott die Liebe seyn / das muß
ja nicht gemisbrauchet werden / weder zum
Nachtheil seiner Gerechtigkeit / NB. daß man
daher die Nothwendigkeit der von dem mensch-
lichen Geschlechte geforderten und von Christo
geleisteten satisfaction leugnen wolte ; und zur
fleischlichen Sicherheit. Denn gleich wie er
die Liebe ist / so ist er auch die Gerechtigkeit
und nach derselben ein verzehrendes Feuer. Hebr.
12: 26. 2. V. Mos. 24:17. s. V. Mos. 4: 24.
C. 9: 3.

(**) Licet Deus vere dicatur esse lux, non
tamen sensu proprio hoc accipendum est,
quemadmodum Manichei olim nugati sunt, sed
metaphorice, ut pluribus ostendit D. ABRAH.
CALOVIUS in Bibl. Illustr. h. l. JACOB CAR-
POVIUS, in revelato Sacro Sancta Trinitatis
mysterio methodo demonstrativa proposito, Cap. I.
§. XVII. p. 14. existimat, lucem, I. Tim. 6: 16.
im

3

impropriæ perfectiones denotare, quod ex
Matth. 5: 16. colligere satagit.

Thef. II.

Proinde etiam Deus vere נָשׁוֹן odit, Prov.
6: 16, non solum opera tenebrarum, ve-
rata etiam peccatores, sive, omnes operantes in-
iquitatem, Psalm. 5: 6. (*) nam propter illa-
e xedai i opyn r̄s oes̄ em̄ r̄s v̄is n̄s amudias, venit
ira Dei super filios incredulitatis, Coll. 3: 6,
qvam iram, vi justitiae vindicativæ poena &
vindicta, Rom. 2: 5. Psalm. 89: 15. nisi inter-
cesserit reconciliatio, concomitatur. (**)

(*) Odium Deo tribatum, innuit ingentem
in eo abominationem ac detestationem, qva-
serunt in peccata & peccatores, qvæ subinde
divinam vindictam eorum vel pedisse qvam ha-
bet. Vid. CHRIST. STOCKII Clav. ling. S.
Vet. Test. ad v. נָשׁוֹן.

(**) Contra hæc JO. CONRAD. DIPPELIUS,
seu, quo nomine sibi magis placet, CHRISTI-
AN. DEMOCRITUS, in libro execribili, cui
titulum finxit pulerum: *Vera demonstrat. E-*
vangel. pp. 9. 215. § 314 scribit: Ob sol-
glich die Beschreibung / die der Apostel Joha-
nes von Gott giebt / daß er die Liebe sey /
in der absicht auf die creaturen nicht die zu
läng-

42 ⁴ bzw. ~~etiam~~ ^{etiam} ~~magis~~ ^{magis} ~~magis~~ ^{magis}
länglichste und vollkommenste sey / die man
sich könne concipiren oder machen ? der
zorn kommt allezeit aus einer ohnmacht und
unart / wenn es nicht nach unserm eigenen
willen gehet / und ist eigentlich ein Charakter
des Reichs des Teuffels / der / wo es nicht
nach seinem willen gehet / einen großen zorn
hat / mit einem Worte : zorn und neid können
nicht gut seyn / die Moralisten mögen auch
hier limitiren, wie sie immer wollen / und ex-
empel allegiren woher sie wollen. Und wer die-
sen affect in Gott bringet / der macht Gott e-
ben dadurch zum Teuffel / der mit sich selbst
nicht zu frieden / und eben desswegen elender/
als der / über welchen er zürnet. Versöhnung
ist den und kann nur seyn auf der Seiten / da
die Feindschaft ist. Und die Feindschaft kann
nicht / als nur in der Creatur seyn / weil Gott
die Liebe ist / und nichts hastet / was er
gemacht hat.

Thej. III.

P arte hinc mortis & satisfactionis Christi.
necessitas, fide applicandæ, in gratiam cum
Deo redditur, nisi illis, qui deliquerunt, omnibus
misere sit pereundum, siquidem ~~ne~~ ^{ne} amartrix
mag

5

αἵας ἡ γένεται ἀφεσίη, absque janguinis effusione non
fit remissio, Ebr. 9: 22. Cfr. Exod. 34: 7.

Theſ. IV.

Venit igitur filius Dei in mundum, non ſolum, ἵνα επικαλεθήσουμεν τοῖς ἥχεσσιν αὐτῷ, ut in-
ſequeremur vestigia ejus, I. Petr. 2: 21., καὶ ὡναρ-
τεῖσθαι τῇ αληθείᾳ, ut testimonium daret veritati,
Joh 18: 37., ſed primario, ὡνα λύσῃ τὶ ἔχει τὸ δι-
βόλον, ut diſolveret opera diaboli, I. Joh. 3: 8, &
in affluita humanitate tamq; ueritatis Θεοῦ καὶ αι-
θρώπων, mediator Dei & hominum, I. Tim. 2: 5.
κόσμῳ καταλάσσον ἑαυτόν, υἱὸν λογίζοντας αὐτοῖς τὰ
παρεπόματα αὐτοῦ, mundum reconcilians ſibi, non
imputando eis peccata ipſorum, 2. Cor. 5: 19.
obedientia ſua paſſiva, peccatorum ſibi impu-
tatorum, 2. Cor. 5: 21. remiſſionem promiceret,
Eph. 1: 7. & activa, legi pro nobis ſatisfaceret,
Matth. 5: 17. Gal. 4: 4. 5, qvam utramque
obedientiam salvandi in Christo fide ſibi impu-
tent, Rom. 3: 25, qvæ fides recipiſcentiæ an-
nexa Marc. 1: 15. per charitatēm est operosa,
Gal. 5: 6. Hinc, induſtlo nexu, tamq; am
effectus ſequitur ſanctificatio, ſeu mortuſificatio
veteris hominis, & novæ vitæ indeſeffum stu-
dium.

150

Theſ.

6 *On the subject of original sin* (continued from p. 5) *in the*
Thef. V.

Christus autem ipse ab omni peccato non solum actuali, sed & originali (*) prorsus immunis fuit, qui opera diaboli destrueret, vel si mavis a peccatoribus *απολογιαν contradictionem toleraret, Ebr. 12: 3*, quod Deus jam in paradio disertis indicavit verbis, dicens: אַתָּה בְּרִךְ וּבֵין הָאֲשָׁה וּבֵין זָרֶךְ וְעַתָּה הוּא יִשְׁפֹּךְ רָאשֵׁךְ רַאתָּה תְּשׁוֹפְנָה עַקְבָּךְ:

Inimicitiam ponam inter te & mulierem hanc, similiterque inter semen tuum & semen huic ius, hoc conteret tibi caput, tu autem conteres huic calcaneum, Gen. 3. 15. Confr. PHILIP. FRIEDLIBII Medulla Theol. p. m. 474.

(*). *Contra autem DIPPELIUS in dem Endesten Falschen Maass der Prüfung/ gegen Hrw. Doct. NELLSEN* sogenante Prüfung der Lehre und des Geistes Democriti, p. 530. Christus hat aus Maria keine Menschheit angenommen / in der perfection, darinn sie vor dem Fall im Paradies gestanden; sondern in der Schwachheit/ die aus dem Fall verständet; und obschon in dieser Menschheit das Göttliche Bild in der Sünde nicht gefangen und umwickelt gewesen/ wie in andern Adams Kindern.

der / die in Sünden empfangen und gebohren werden / darum er auch Heilig gebohren und von den Sünden schon in Mutter-Leib abgesondert / so ist doch warhaftig der Schlangen Samen NB. noch nicht in der äußern Natur / deren Christus aus Maria heilhaftig worden / gänzlich getilgt gewesen / ehe Christus durch den Kreuzes Tod verkläret worden / und den Leib der Auferstehung angezogen. Et sic porro.

Thef. VI.

VOcatur quidem Christus heie וְעַד הָשֵׁב
men mulieris, attamen mater ejus virgo
fuit illibata, ut patet ex Esa. 7: 14.
חִנֵּה הַעֲלֵמָת הָרָה וַיַּרְא בֶן קָרְאַת שָׁמוֹ עַמּוֹ אֶל
Ecce Virgo conceipiet ♂ pariet filium ♂ vocabit
nomen ejus Immanuel. Conf. JOH. OSIANDRI
Colleg. Th. p. IV. p. m. 9. QVENST. Syst.
Theol. part. III. p. 339. 340.

Thef. VII.

Tantum igitur abest, ut Christus ὁ Θεός, ἀ-
ναντός, αἰνιαντός, κεκαθητέντος ἀπὸ τοῦ αὐτοτελῶν,
sanctus, innocens, impollutus, segregatus
a peccatoribus, Ebr. 7: 26. Iui ipsius gratia
passionem ac mortem sustinuerit, ut potius ex
sacra pagina clarissime pateat, qvod Deus
B.

8
et in yvora despatiar, ut ipso iuvare duagrias emissem, ita q-
uis ex iudea dimicavit esse in aucto. Eum qui non no-
vit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos
efficeremur iustitia Dei in eo, 2. Cor. 5. 21.
Conf. Gal. 3: 13.

Thef. VIII.

Quod ad Christi conceptionem attinet, illam
duplici cumprimis modo miraculosam fui-
se, constat, primo, quod sine virili facta sit te-
mine, secundo, quod materia, ex qua nasci
Christus debuit, dum in uterum Mariæ virginis
deferebatur, præservata fuit ex omni impuritate,
ut sine peccato nasci potuisset. Non enim ali-
ud indigitat invenire illa, cuius fit mentio Luc.
I. 35. (*). Neque enim Spiritus Sanctus Patris præ-
stabilitate partes, quum de Christo dicatur, quod
antrae fuerit, Hebr. 7. 3. Sed Sanctificatoris,
quod appropriatum ipsi est officium.

(*) Non hic confundi debent επίλευσις πρεσβύτε-
ρος & ἐποιασμός της δυνάμεως υψίσ. Utrum vero per
virtutem altissimi intelligatur ipse Filius Dei, qui
obumbraverit uterum Maria, vel obumbratus fu-
erit ab utero; aut, num virtus altissimi Spiritui
Sancto tribuatur, inter Theologos nostros non con-
venit. Nos existimamus, tutius priori explicati-
onи insistendum esse. Vid. JO. FECHTLIUS Lect.
in Syll. disp. XXV. §. I. p. 314. s. Thef.

Thef. IX.

9

Mere autem obedientialiter seu passive in conceptione Christi, mater virgo se habuit, scilicet, quoad ipsam conceptionem stricte sic dictam, quia Christus coepit existere in utero; nam Maria genitrix neque vel desiderio quodam naturali, vel actuali motu, concurrit; in augmentatione autem hujus Foetus, mater se habuit active, dum illum suo aluit & nutrit Sanguine.

Thef. X.

Neque tantum credimus, Christum in Maria fuisse conceptum, id enim nondum indicat, quod ipse nostram assumerit naturam & essentiam; sed eo usque fidei nostrae professionem extendimus, ut dicamus, Christum ex Maria, adeoque ex illius essentia, esse conceptum indeque *הַיְשֵׁרָה יְרוּם* semen mulieris verum dici, Gen. 3: 15. Id enim maximum nobis adserit Solarium, quod carnis nostrae factus sit particeps, Hebr. 2: 14.

Thef. XI.

Eum in finem conceptus est Christus ut nos salvi evaderemus, Matth. I. 21. & ut impura nostra conceptio sanctificaretur, Hebr. 2.17. Proinde Christus concipiendus non fuisset, nisi homines in peccata fuissent prolapsi. (*). Ma-

(*) *Male igitur fructus conceptionis Christi ad paucos duntaxat homines restringitur; ad tot enim ille pertinet, quot in peccatis sunt concepti, h. e. omnes, Rom. 5: 12. Errant quoque illi, qui docent, Christum ideo tantum venisse, ut nobis exemplum pietatis & bonorum operum praberet, quemadmodum Thesi quarta monuimus.*

Thes. XII.

DE nativitate Christi Salvatoris multa, quæ nauci sunt, ab hominibus otiosis disquiruntur. e. gr. num aperto vel clauso utero materno facta fuerit? num Christi nativitas sit naturalis vel supernaturalis? &c. Illud autem prorsus stolidum est, quod BERNHARDUS CONNOR, medicus Londinensis, plane nihil singularis hic agnoscit, dum Christus ex sola matre, & quidem virgine, natus fuit, vid. in *Evangelio medici, seu medicina mystica*, art. II. p. 74. quem refutavit MICH. FOERTSCHIUS, Theologus Jenensis in exercit. Theol. de aeterna & temporali generatione Messia, Jena 1707. habita. Nostro qualicunque judicio consultius est, quæstiones curiosas mittere, & utiles, quales hic sunt de fine & usu Christi nativitatis, &c. nobis perspectivas facere, easque salutares in usus convertere.

S. D. G.